

1719. 218
Theophilo Sigefrido Bayero,
Viro longè Celeberrimo,
Nicol. Keder P. D.

Quas ad me hoc anno, & quidem XIII. Kal.
Februarii, dedisti Litera, miram animi
erga me Tui affectionem spirantes, mihi
jam dudum reddita sunt; in simulq; est
nunciatum, fasciculum illum, cui Com-
mentatio Tua (an de Nummo Rhodio?)
inest, ab alio, nescio quo, iter suum Hol-
miam dirigente, propediem allatum iri.
Interea cum frustra expecto, hujusq; Com-
mentationis Tuae, procul dubio elegan-
tissime, viderenda magno & longo confi-
rior desiderio; aliquid mali subesse,
tandem suspiciens. Neq; an advenerit homo
iste, indagare possum; siquidem mihi, per
varias aegritudines, qua hocce attenica-
rum debilitatumq; corpusculum solito ve-
lementius nunc exercuciant, domo egredi

vix licet. Quod autem tantum mihi tri-
 buisti, ut non modò de Libro Tuo judici-
 um me facere posse crederes, sed etiam
 dignum me judicares, cui dedicaretur,
 id certè per mihi est gratum. Quippe
 pergaudeo, tam amplam Tibi, Viro doctri-
 nà insigni, esse mediocritatis meae esti-
 mationem, quamvis meo me modulo ac
 pede longè infra hanc metiar. At valde
 doleo, me desiderati Libri jucundissimo fruc-
 tu carere. Ceterum Tua de meâ valetu-
 dine sollicitudo magno mihi est levamen.
 Ego nunc vetustos Nummos meos Dani-
 cos ac Norvegicos Scripto explanare
 paro: sed, cum perexiguam, quod supe-
 est, virium indies magis magisq; decre-
 vereor, ut. Laborem perficere atq; cum
 Orbe literato communicare queam.
 Optimè vale, Amicissime Bayere, meq;
 nomini Tuo devotissimum, amate perge.
 Dat. Holmiæ, è Museo meo. III Idus
 Maji. MDCXXIV.